UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XL. De Episcopis, qui eas quae fiunt, euocationes ad Synodum vetant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Visual Library

ANNO CHRISTI … cere phylacteria, quæ animarum ſuarum vincula comprobantur. Eos autem qui his vtuntur, ab Eccleſia pelli præcipimus. Concilio cap. 68.

XXXVII.

Quod non oporteat a Iudæis vel hæreticis quæ mittuntur munera feſtiua ſuſcipere, nec cum eis feſta celebrare.

XXXVIII.

Quod non oporteat azyma a Iudæis accipere, & communicare impietatibus eorum.

XXXIX.

Quod non oporteat cum gentilibus feſta celebrare, & communicare prauitatibus eorum qui ſine Deo ſunt.

XL.

Quod non oporteat Epiſcopos ad Synodum vocatos omnino contemnere, ſed protinus ire, & docere vel diſcere ea quæ ad correctionem Eccleſiæ vel reliquarum pertinent rerum. Seipſum vero, qui contempſerit, accuſauit: niſi forte per ægritudinem ire non poſſit. Diſt. 18. Non oportet vocatos.

XLI.

Quod non oporteat ſacerdotem vel clericum ſine literis proficiſci Canonicis. De conſe. diſt. 5. Non oportet min.

XLII.

Quod non oporteat ſacerdotem vel clericum præter iuſſionem ſui proficiſci Pontificis.

XLIII.

Quod non oporteat ſubdiaconos, ſaltem paululum, ianuas deſerere, & orationi vacare.

XLIV.

Quod non oporteat mulieres ingredi ad altare,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN